



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 22. Apostolica expeditio in Bosnia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV.  
A.C. 1372.

Doctores quidam indigne loquebantur; inter alios Wicleffus, qui tunc in Anglia incipiebat dogmata diffeminare. Propositiones, de quibus agitur, poterant, ut in se sunt, adhuc haberi problematicæ, ac de illis in utramque partem disputare licebat. Magister Sententiarum inquebat: Possimus dicere, animalia non accipere corpus Christi, quamvis hoc accipere videantur. Quid ergo accipit forex, aut quid comedit? Deus scit. At ex mente S. Thomæ hoc in casu substantia corporis Christi non definit esse sub speciebus, quamdiu manent: atque ista opinio plus valuit in scholis catholicis.

Lib. 5. dist. 19  
3. p. q. 80. a. 1.  
ad 3.

## §. XXII.

*Apostolica expeditio in Bosnia.*

Cum Lasco Moldaviæ Dux ejurato Græcorum schismate de suo ad Ecclesiam Romanam reditu Papæ scripsisset: hic illum per epistolam 25 Jan. 1372 datam hortatus est ad constantiam, & ut conjugem quoque suam in schismate pertinacem ad Ecclesiæ sinum reduceret. E multis litteris per annum eundem scriptis apparet, Fratres minores strenuam dedisse operam adjungendis Christo hæreticis, ac schismaticis propin quarum regionum, scilicet Bosniæ, atque Rasciæ.

Hujus



Hujus Ordinis Fratres tam Regis <sup>sæcul. XIV.</sup>  
 Hungariæ Ludovici, quam suo nomine <sup>A.C. 1272.</sup>  
 Papæ Gregorio tradidere petitionem, in  
 qua dicebant in Rascia, Basaratiæque, ac <sup>Vat. 10d.</sup>  
 vicinis terris messem multam, operarios <sup>n. 30. 31. 32.</sup>  
 esse paucos: permetteret, ut plura sui Or-  
 dinis cœnobia conderent. Consensit Pa-  
 pa per epistolam 17 Junii exaratam, in-  
 scriptamque Bartholomæo Arverno Mi-  
 norum Ministri Generalis Vicario in Bos-  
 fina. Decimo Calendas Julias Gregorius  
 ad omnes Ordinis Ministros Provincia-  
 les, & Custodes, seu Guardianos scripsit,  
 ut in Boffinam ad hunc laborem Aposto-  
 licum eundi copiam facerent cunctis Fra-  
 tribus, qui sic cuperent, ac idonei vide-  
 rentur: vetuit tamen, ne novi plures,  
 quam sexaginta eo venirent. Memorant  
 eædem litteræ, Fratres Minores quot-  
 annis magno numero adiisse Portiuncu-  
 lam indulgentiæ 2 Aug. consequendæ  
 causa. Dabantur etiam in provinciis  
 Hungariæ finitimis religionis desertores,  
 qui e Christianis fiebant Musulmanni, vel  
 post acceptum baptismum ad Mahometis  
 superstitionem redibant. In hos æque,  
 ac in hæreticos animadvertere Inquisi-  
 tores Dominicanos, Franciscanosque jus-  
 sit Gregorius.

Rayn. n. 34.